

Regin. Chron. 888. ⁴⁾
Hucusque progenies
magni Karoli. Cun-
radus rex, annis
VII. Huius uxor
Cunegunt in Laures-
ham sepulta ⁵⁾.

exstitit, atque ita deinceps ab hoc regno Galliarum facta discessio est. Vdone mortuo successit Karolus. In horum Karolorum decessu ⁵⁾, in utriusque regni fastigio Karolorum illa celsa progenies facta est de medio, quae a primo anno Pippini regis Francorum usque ad obitum istorum, in regia dignitate claruit annis centum septuaginta tribus. Cūnradus uero frater Eberhardi Marchionis orientalis regni partem circa Renum tenuit, qui etiam laureshamensi monasterio libertatis et immunitatis priuilegium contulit.

61. (Reg. 3563.)

Preceptum libertatis et immunitatis laureshamensis cenobii, a Cunrado I. ^{b)} rege datum. ¹⁾

Vorurkunde
nr. 46.

In nomine sanctę et indiuidue trinitatis. Cūnradus diuina annuente clementia rex inuictus. ²⁾ Si erga loca diuinis cultibus mancipata, et fratres in eisdem locis deo famulantes, propter dei amorem beneficia oportuna largimur, premium nobis apud deum eterne remunerationis rependi non diffidimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum * presentium scilicet et futurorum sagacitas pro certo c(om)periat, quatenus nos dei semper timorem pre oculis habentes, ⁵ et cogitantes quomodo dei seruitium more antecessorum nostrorum regum uidelicet et imperatorum in omnibus locupletaremus, unde imperii nostri stabilitas ad presens firmaretur, et eterne beatitudinis gaudium nobis tribueretur, monasterium Lauresham quod est constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli, ubi et sanctus Nazarius * corporaliter requiescit, quod est situm in pago renense, super fluuium Wisgoz, a iugo alienę potestatis quo ¹⁰ multo tempore obpressum iniuste uidebatur absoluimus ³⁾, et eidem cenobio more predecessorum nostrorum immunitatis atque tuitionis dona pro diuini cultus amore, et anime nostre remedio concessimus, ea uidelicet ratione, ut monachi inibi c(om)morantes, Christoque digne deseruientes, nunc et in perpetuum liberam et securam habeant potestatem abbatem inter se regulariter eligendi, qui ad dei seruitium nostrumque ¹⁵ idoneus appareat. Iussimus ergo hoc priuilegium inde conscribi, per quod uolumus firmiterque decernimus, ut ab hodierna die hec nostre auctoritatis concessio stabilem et inconuulsum teneat uigorem, et ne ab aliquo successorum nostrorum turbetur, manu nostra subter notauiimus, et sigillo nostro consignari precepimus. Signum domni Cūnradi I. (M.) serenissimi regis. ⁴⁾ Salemon ^{d)} cancellarius ad uicem Piligrini ^{d)} archicapellani recognofeci. Data X^a kl. iulii. Anno dominicę incarnationis DCCCC^o XIII^o.

913 Juni 22.

- a) Randrubrik. b) I über Cunr. c) Randrubrik; I über Cunr.
d) Die Originale schreiben Salomon u. Piligrimi. Vgl. nr. 60.

⁴⁾ Vgl. die Genealogie M. G., SS. III, 214: Eiusdem Arnolfi tempore ipsiusque iussu atque consensu Gallorum populi elegerunt Odonem ducem sibi in regem. Hic divisio facta est inter Teutones et Francos.

⁵⁾ K. 46 betrachtet der Chronist Kaiser Arnulf als den vorletzten, Ludwig das K. als den letzten Karolinger. Hier läßt er sie nach andrer Quelle mit Karl d. Einf. aussterben und zählt von 751 bis zu seinem Tode 923 hundertdreiundsiebzig Jahre. Die Vorlage des Chronisten, die den Regino oft benutzt, kannte dessen Continuatio nicht, wußte also auch nicht, daß auf Rudolf v. Burgund wieder Karolinger in Westfranken folgten und erst 987 ausstarben.

61] ¹⁾ Drucke: M. G., DD K I, nr. 18. Regeste: Ladewig u. Müller, Reg. z. G. d. Bisch. v. Konstanz I, nr. 310. Mühlbacher, Reg. ²⁾ nr. 2088. Vielleicht erwähnt im Totenbuch, s. K. 66. Einzelnes aus dem Formular nach nr. 46.

²⁾ «Ob das ungewöhnliche inuictus ursprünglich oder ein Zusatz des sonst genauen Abschreibers, ist nicht zu entscheiden» (Sickel in der Ausgabe der M. G.); dies letzte ist bei der Genauigkeit des Kopisten unwahrscheinlich; im Sprachschätze des Kopisten fehlt das Wort bisher völlig bis zum K. 67, das es aus nr. 67 entnimmt.

³⁾ Hatto war am 18. I. 913 gestorben.